Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Lectiones Sive Publice Sive Privatim In Academia Fridericiana ... Habendae

SS 1788 : Lectiones Sive Publice Sive Privatim In Academia Fridericiana Per Semestre Aestivum 1788 Habendae

Buetzovii: Ex Officina Fritziana, 1788

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1787848701

Band (Zeitschrift)   Freier Zugang

PUBLIC DOMAIN

T.
594.43

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1787848701/phys_0001
DFG

LB T 594. 43

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1787848701/phys_0002
DFG

J. 1788

LECTIONES

SIVE PUBLICE SIVE PRIVATIM

IN

ACADEMIA

FRIDERICIANA

PER

SEMESTRE AESTIVUM

1788

HABENDAE.

BIBLIOTHEK D. MECKLENB. RITTER U. LANDSCHAFT

BUETZOVII,

EX OFFICINA FRITZIANA.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1787848701/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1787848701/phys_0004
DFG

LECTIONES THEOLOGORUM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, adjuvante divina gratia poſt abſolutam propediem THEOLOGIAM DOGMATICAM flagitantibus DD. Commilitonibus ſatisfacturus EANDEM denuo præleget, & præterea PRIMAM PARTEM THEOLOGIÆ MORALIS tractabit.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Conſiſt. Duc. Conſil. & S. S. Theol. P. P. O. auxiliante DEO per ſemeſtre aeſtiuum *Theologiam Dogmaticam* continuabit, *Hermeneuticam* S. abſoluet, atque *ex N. T.* vnum alterumue *librum* interpretabitur.

D. IOH. PETR. ANDR. MV̈LLER, Conſiſt. Duc. Conſil. & S. S. Theol. P. P. E. benigno cum Deo 1) *Theologiam dogma-*

ticam tradet proprios adhibiturus §phos, ſummaque ope allaboraturus, ut anni terminos hæ lectiones ne excedant: 2) *Apoſtolorum Acta*, & ſi quas præterea per tempus licebit *Pauli epiſtolas*, ſuo more iuterpretabitur.

IURECONSULTORUM.

IO. MATTH. MARTINI, iurium Anteceſſor P. O. per ſemeſtre inſtans aeſtivum occupatus erit in explicando

1) hiſtoriam iuris duce de Selchow
2) inſtitutiones iuris civilis praelucente Heineccio
3) ius patrium civile; &
4) ius feudale praeeunte Püttmanno.

EOB. TOZIVS, Iur. Publ. & Hiſt. Prof. P. O. Sereniſſ. Duc. regn. Conſil. iuſtit. hoc ſemeſtri aeſtiuo

Hora XI. docebit Ius Publicum Imperii R. G. ad filum Inſtitutionum Ill. PüTTERI.

D. IOANNES IACOBVS PREHN, Conſiliar. Conſiſt. Duc. & P. P. O. finitis feliciter lectionibus hibernis per inſtans ſemeſtre aeſtiuum Deo adiuuante tradet

1) *Ius Digeſtorum* praeeunte *BOEHMERO.*
2) *Inſtitutiones iuris ciuilis* ad filum compendii *Heineccio-Hoepfneriani.*
3) *Ius Criminale* duce *MEISTERO.*
4) *Ius Canonicum* ſecundum *G. L. BOEHMERI principia iuris canonici.*

Neque iis deerit, qui in elaborationibus practicis, aut exercitiis diſputatoriis ſua vti cupiunt inſtitutioni.

Horas lectionumque initium ſuo tempore e tabula publica indicabit.

MEDI-

MEDICORUM.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Facultatis Medicæ Senior, abſolutis per elapſum ſemeſtre hibernum prælectionibus, nunc per inſtans ſemeſtre aeſtivum Oſteologiam, Syndesmologiam & materiam Medicam chirurgicam docebit.

Auch wird er, auf Herzogl. Special-Befehl, die ihm zugeſandte Frauens-Perſonen in der Hebammen-Kunſt unterrichten.

D. PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, Archiater & Conſiliarius Aulicus atque P. P. O. permiſſu clementisſimo Serenisſimi Ducis regnantis quam maxime idonea de cauſa abſens vacare academicis lectionibus per hoc ſemeſtre haud poterit.

PETRUS BENEDICTUS CHRISTIANUS GRAUMANN, Phil. & Med. Doct. huiusque Prof. Publ. Ordin. Therapiae ſpecialis partem ſecundam de chronicis morbis tradet, nec non Chirurgiae medicae praecepta enarrabit. Ad tradendam Pharciam & Medicinam legalem quoque promtus paratusque erit.

PHILOSOPHORUM.

EOB. TOZIVS, Hiſt. Prof. P. O. hoc ſemeſtri aeſtiuo Hora X. res pace belloque in praecipuis Europae regnis geſtas enarrabit, Duce uſurus Ill. MEUSELIO in libro, quem inſcripſit: Anleitung zur Kenntniß der Europäiſchen Staatenhiſtorie.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, *SER. DVCI REGN.* a conſiliis Aulae, OOLL. Prof. publ. ord. & Bibliothecae praefectus b. c. D.

Inſtitutiones hebraicas & ſyriacas redauſpicabitur, atque in praelectionibus biblicis & arabicis ſtrenue perget.

SAMUEL SIMON WITTE, Ser. Duci regn. a Conſiliis aulicis ac Jur. N. & G. Prof. P. O. hora VII - VIII *Logicam* e libello *Federiano* docebit; hora vero III - IV *Jus Naturae* vniverſum ad ductum breviarii *Hoepfneriani* interpretabitur.

Conſilia denique de *ſtudiis academicis rite ordinandis*, e ſchedis ſuis aperienda, etiam hac vice offert; nec non *privatisſime germanice* ſcribendi praecepta ſuppeditabit ſtilique exercendi copiam faciet.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, Philoſ. P. P. O. 1) *Logicam* e ſuo compendio, 2) *moralem philoſophiam* ſuccincte docendam profitetur, atque adeo 3) etiam iis facilem ſeſe præbebit, qui *græcæ linguæ* parum a ſcholaſticis præceptoribus edocti *rudimenta*, etiamnum ſarcire hoc damni, ut decet, dignantur.

P. I. HECKER, Matheſ. P. P. O. 1) matheſin puram elementarem & 2) analyſin docebit, celeb. Kæſtneri compendia illuſtraturus; 3) in matheſi applicata ad ſcientias aſtronomicas progredietur.

FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS KARSTEN, Oec. P. P. O. per inſtans aeſtiuum ſemeſtre *Agriculturae Theoriam* ad Theſes a ſe ſuppeditandas, *Matheſin* vero, tam *puram* quam *applicatam* ad ductum Compendii b. Fratris Auszug ꝛc. b. c. D. explicabit. Horas e tabulis indicabit publicis.

DOCTORUM PRIVATORUM
PRAELECTIONES IURIDICAE.

D. FRIED. WILH. STAVENHAGEN, inſtante ſemeſtri aeſtiuo vacabit explicationi
1) Inſtitutionum, ad filum Heineccii;
2) iuris Digeſtorum, duce Boehmero;

3) iuris

3) iuris feodalis Longobardici, praeeunte Püttmanno: Denique

4) & ſtudium operamque iis promittit, qui in elaboratorio practicis qualicunque manuductione ſua forte vti deſideraverint. Horas & reliqua tabula dabit.

PHILOSOPHICAE.

M. F. G. S. ZACHARIAE, *Homeri Odysſeam* ita recitabit, vt tam poëtae ſenſum verbis exprimat temporibus noſtris accommodatis; poëtarum cujusque aetatis demonſtrata proprietate: quam ſimilitudines ac imagines, caeterasque venuſtas ſententias declaret.

In conformatione artis naturae eloquentis etiamſi non maximum, excellens tamen ineſt praeſidium, quod non tam praeceptis, quam exemplis bonorum oratorum praeclaris continetur: magnorum igitur virorum ſacras orationes ſuis compagibus coagmentatas & aptas diuinarum doctrinarum futuris oratoribus explicabit.

Curſim denique *Paulli Apoſtoli epiſtolas* interpretabitur; difficilioribus locis ἐπιπολῆς tractatis.

M. I H LUDEWIG, L. Angl. L. P.

Publice explicabit Addiſſonis Catonem in Thompson English Miscellanies Parte 2. pag. 213.

Privatim Conditionibus ſolitis, ſedulam offert operam Iis, quibus linguam Anglobritannicam perdiscere animus eſt. Optabunt Auditores quem e ſequentibus velint explicari

1) English Miscell. by John Thompson.
2) Vermischte Aufsätze in Engl. Prose von C. D. Ebeling.
3) B. Tanner ſelect. Miscellanies in Prose and verse.
4) Letters of the Right H? Lady W. Montague.

Illis

Illis quoque qui Ill. Ioh. Chriſt. v. Selchow Grundriß der teutſchen Reichsgeſchichte a ſe tradi cupiunt, ſi modo numerus eorum aliquis aderit lubenter inſerviet, electionem atque placita ſuavisſimorum Commilitonum hac in re lubens ſequuturus.

* * *

LUDOV. ARENAUD DE LA LANDE, linguae gallicae Magiſter, linguam ſuam nonſolum docebit, ſed eam etiam ad ſcribendi loquendique uſum traducet.

* * *

Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt, magiſtros quoque habent, artium eo pertinentium peritisſimos.

P. P. *Bützovii* ante Feſtum Paſchatos MDCCLXXXVIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1787848701/phys_0010
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1787848701/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1787848701/phys_0012

is Longobardici, praeeunte Püttmanno: De-

operamque iis promittit, qui in elaboratorio
alicunque manuductione ſua forte vti deſidera-
oras & reliqua tabula dabit.

PHILOSOPHICAE.

ZACHARIAE, *Homeri Odyſſeam* ita recita-
e ſenſum verbis exprimat temporibus noſtris
oëtarum cujusque aetatis demonſtrata propri-
itudines ac imagines, caeterasque venuſtas ſen-

tione artis naturae eloquentis etiamſi non ma-
tamen ineſt praeſidium, quod non tam prae-
nplis bonorum oratorum praeclaris continetur:
virorum ſacras orationes ſuis compagibus co-
tas diuinarum doctrinarum futuris oratoribus

ique *Paulli Apoſtoli epiſtolas* interpretabitur;
ἐπιπολῆς tractatis.

DEWIG, L. Angl. L. P.
Addiſſonis Catonem in Thompson English
es Parte 2. pag. 213.
onibus ſolitis, ſedulam offert operam Iis, qui-
uam Anglobritannicam perdiſcere animus eſt.
nt Auditores quem e ſequentibus velint ex-

ſh Miscell. by John Thompson.
niſchte Aufſätze in Engl. Proſe von C. D. Ebe-

nner ſelect. Miſcellanies in Proſe and verſe.
rs of the Right H? Lady W. Montague.

Illis